

omnibus honoribus jure et utilitatibus ipsius parrochie salvis et inconcussis. Petivit a nobis sepe dictus compater noster Th., ut predictam suam ordinationem confirmare et ratam gerere dignaremur. Nos igitur suis precibus utpote piis et rationabilibus inclinati omnem ordinationem et singula, que superius sunt expressa, rata et grata gerentes tenore  
 5 presentium confirmamus, inhibentes sub pena excommunicationis, ne quis ausu temerario premissa seu aliqua premissorum presumat infringere seu quomodolibet immutare. Dantes Misne in evidens testimonium hanc litteram nostri sigilli munimine roboratam anno domini m° cc° LXXXVIII°, XIII° kalendas septembris, pontificatus nostri anno XXII°. Testes vero  
 10 hujus sunt viri ac domini honorabiles Sifridus decanus, Theodericus scolasticus, Conradus thesaurarius, Heidenricus cantor, Henricus de Szeyn, Waltherus, magister Conradus de Hersveldia Misnensis ecclesie canonici, Henricus plebanus sancti Nycolai in Vriberc, Henricus plebanus in Hayn et quam plures alii fide digni.

(SD.)

## 42.

15 *Markgraf Friedrich (Tuto) von Landsberg belehnt die Brüder Heinrich, Nicolaus und Werner von Honsberg mit dem Viehzolle zu Freiberg. Freiberg, 1290 Jan. 20.*

*Hilschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 10. Das Reitersiegel an Fäden von schwarzer und gelber Seide.*

*Gedr.: Wilke Ticemannus Cod. dipl. 86.*

*Ann.: Vergl. No. 48.*

20 Nos Fridericus dei gracia Misnensis Orientalis et de Landesberc marchio notum facimus tam presentibus | quam futuris Christi fidelibus universis, quod domino Hey[n]-rico, Nycholao, Wenero fratribus de Hvns|berch nostris fidelibus telonium in civitate nostra Vriberch consuetum dari, quod wlgari | nomine vyezol appellatur, contulimus et confirmamus liberaliter tenendum a nobis justo titulo feodali. In cujus rei testimonium  
 25 presens instrumentum dari fipsis\*) jussimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Vriberch anno domini m° cc° LXXX°, XIII. kalendas februarii, presentibus nobili viro domino Alberone de Lycznik buregravio, Tymone dicto Knvt, Th[eoderico] dicto Pubs, VI[rico] de Malticz, Tylichone de Hvnsberch militibus, Heinricho de Zweyme protho-  
 30 notario nostro et aliis quam pluribus fide dignis.

(S.)

## 43.

*Landgraf Albrecht erteilt den Bürgern der Stadt Freiberg Zollfreiheit für ihren Handelsverkehr. Zwenkau, 1291 Aug. 23.*

*Hilschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 7. Fragment des Reitersiegels an Pergamentstreifen.*

35 *Gedr.: Möller Theatr. Freiberg. Chron. 1,167 (unvollständig). Schöttgen und Kreysig Diplom. Nachlese 5,163.*

42. a) Auf einer Rasur, an deren Stelle vorher sibi stand.